

ferunt: dum nuditatem dentium tequunt.
FAUCES sunt angustae fistulae. quasi foras per quas uocatur
 spiritus ab intimo pectore exiens: sonum uoces emittit.
MAXILLAE maxillarum partes sunt. quibus
 mandimus. dicta autem maxilla pro diminutio
 ne sicut paxillus a palo
COLLUM ad instar columnae uocatum est enim
 rigidum & rotundum.
MANUS dicitur eo quod ab ipsa mandimus. palma ma-
 nus est dispersa digitis sicut & arbor dispersa ramis.
 Item sicut contractus digitus pugnus.
DIGITORUM quoque numerus praefatur & ordo est decem
 assimus: ex his primus rector omnium & moderatur.
 pollex uocatur: eo quod plurimum inter caeteros
 polleat. id est ualeat.
SECUNDUS index & salutaris uocatur: quia eos fere
 ostendimus & salutamus.
TERTIUS medius. **QUARTUS** medicus: quod de artium
 collurium. a medicis colligitur. **QUINTUS** auricula-
 ris: quod de aurem scalpimus. **PORRO** pectus hominis
 ab aspectu uocatum: inmutis enim animalibus: ad ter-
 ram obpressum est. atque ab aspectu remotum.
 hominis autem patens & erectum: plenum enim ratione
 non decebat esse latens uel humile.
PAPILLAE sunt capitula mammae. **MAIORAE** uero
 tumoris pectoris leuiter exsurguntur. haec feminis
 adulendis fieri dicitur. maribus ad idu decur. ne in
 forme pectus esse uideretur: neque enim decebat